

PROTESTATION 25


DE L'ELECTEUR

DE BAVIERE

C O N T R E

L'ELECTION QUI VA SE FAIRE D'UN NOUVEL

EMPEREUR.



A NAMUR.

---

M. DCCXI.

PROTESTATION

DE L'ÉLECTEUR

DE BAVIÈRE

CONTRA

ÉLECTION QUI VA SE FAIRE DUN NOUVEAU


EMPEREUR.



A NAMUR.

---

M DCCXI



PROTESTATION  
DE M. L'ELECTEUR  
DE BAVIERE.

PROTESTATION | PROTESTATION

SERENISSIMI ELECTORIS

DE S. A. S. ELECTORALE

BAVARIÆ | DE BAVIERE.

**S**ERENISSIMUS ELEC-  
TOR UTRIUSQUE BA-  
VARIÆ DUX nunquam dubi-  
taverat, quin ab æquissimis S. R.  
Imp. Electoribus, secundùm Au-  
ream Bullam, intrà præfixum ibi-  
dem temporis spatium, ad proximi-  
mam Imperatoris Electionem invi-  
taretur. At mora responsi ad litte-  
ras, quas Ser<sup>mi</sup>. Domini Electores  
Coloniensis, ac Bavarus eum in fi-  
nem ad memoratos Imperii Electo-  
res direxerant, abundè demonstrat,  
quòd in Imperio, etiàm post no-  
vissimè defunctæ Majestatis Cæsa-  
ris obitum, odium adhuc contrà

**S**ON ALTESSE ELECTORALE  
DE BAVIERE avoit lieu d'atten-  
dre de l'équité des Electeurs, que sui-  
vant la Bulle d'Or, Elle seroit invitée  
à proceder à l'Electiõn d'un nouvel Em-  
pereur, dans le terme prescrit: mais le  
silence, qu'ils ont gardé sur les Lettres;  
que les Electeurs de Cologne, & de Ba-  
viere leur ont écrites, ne donne que trop  
de sujet de croire, que les sentimens ins-  
pirés contre la Maison Electorale de  
Baviere subsistent encore après la mort  
de l'Empereur; & comme il paroît,  
qu'ils sont portez jusqu'au point de faire  
exclure Leurs Alteesses Electorales d'une  
Assemblée, qui ne peut sans Leurs Suf-

Serenissimam Domum Electoralem Bavaricam adeò inveteratum foveatur, ut Duos Ser<sup>mos</sup>. Fratres à congressu ad proximam Electionem Imperatoris, ubi sine istorum suffragiis Imperii Caput legitimè eligi nequit, excludere velle videantur.

Serenitas Sua Electoralis arctissimæ obligationi suæ deesse se crederet, si fundamentalium Patriæ Legum infractionem silentio præteriret, dum Dignitas Electoralis, quæ pollet, eandem obstringit, ut pro jurata perpetua Jurium Imperii conservatione quieti publicæ tam necessaria vocem extollat.

Quapropter Ser<sup>mus</sup>. Elector Bavarus justo pro tuendis tum suis, tum S. R. Imperij Juribus Zelo impulsus contestatur, se nullius demeriti conscium nullam dedisse causam Decretæ, & publicatæ contra se prætentæ proscriptionis, quæ multiplici ex capite nulla censenda est, tam ob defectum Justitiæ, quam quod iis destituta sit solennitatibus quæ ad Banni contra Electorem, Principem aut Imperii Statum ferendi essentiam requiruntur: adversaturque antiquissimæ praxi Imperii Romano Germanici, & Paci Westphalicæ, juxta cujus inalterabiles regulas in rebus arduis Impe-

frages legitimement élire le Chef de l'Empire.

Son A. E. de Baviere croiroit manquer à l'obligation indispensable, où Elle est de maintenir les droits attachés à la Dignité Electorale, aussi bien que de se conformer aux Loix fondamentales de l'Empire, si elle se faisoit, lorsque son Estat, & sa dignité demandent, qu'elle eleve sa voix pour la conservation des régles toujours religieusement observées.

Ainsi Son A. E. de Baviere proteste pour l'intérêt de l'Empire autant que pour le sien propre, qu'elle n'a jamais donné lieu à la prétendue Proscription prononcée contre elle; que cet Acte doit estre censé nul, manquant également; & dans son principe, & dans les formes essentiellement requises pour autoriser la condamnation d'un des premiers Princes de l'Empire; qu'il est contre la paix de Westphalie; qu'un de ses principaux Membres soit proscri sans l'aveu de tous les Colleges; & qu'il est contre la Justice de déclarer ennemi de l'Empire; un Prince, dont le seul crime a esté de vouloir maintenir dans ses Estats la paix, & la neutralité;

rium, & præcipua ejus membra concernentibus, adeoque vel maxime in Electoribus Banno Imperii subjiciendis, Collegialis universorum ejus Ordinum consensus desideratur: ac insuper Justitia gravissimè læditur, dum Serenus Elector declaratur hostis Imperii, cujus præcipuum in eo studium fuit, ut pacem communemque Germaniæ tranquillitatem, per indefessum manutenendæ neutralitatis laborem, promoveret; quam defunctus Imperator ex universa Germania præscriptam esse voluit, ut omnes, & singulos Imperii Status ad procuranda unitis viribus Sux Domûs Archiducalis commoda concitaret ad bellum, occasione successionis Hispanicæ, suscipiendum.

Franconiæ, Sueviæque circuli eandem ab initio utilitatis publicæ rationem unâ cum Sereno Electore Baviariæ Duce cordi habuerunt, sed mox gravi metu imminentis vindictæ sibi incusso perculsi, submisère se Legi à Cæsare Aulâ extrâ comitiorum Cœtum præscriptæ.

Cumque non vanè timendum esset, ne Serenitas Sua Electoralis cum Ditionibus sibi à Deo conceditis antè deliberationem eâ de re cum ordinibus Imperii habitam solo Sereno Domus Astriacæ nu-

3  
*que l'Empereur bannissoit de l'Allemagne pour obliger les Princes de l'Empire à soutenir les intérêts de la Maison Archiducal d'Autriche dans la guerre, qu'elle entreprenoit pour la succession du feu Roy d'Espagne.*

*Les Cercles de Franconie, & Suabé en usèrent de même que Son A. E. de Bavière; mais la crainte d'une vengeance prochaine, les força de recevoir la Loy, qu'il plût à l'Empereur de leur prescrire.*

*Se voyant donc menacée d'une invasion violente de ses Estats, pour la forcer de rompre la neutralité, laquelle elle vouloit garder inviolablement jusques à une conclusion générale de tout l'Empire, elle se trouvoit com-*

4  
tu, si ultrò nollet, per vim armorum ad resumendum illicò ensen compelleretur; ut vim vi eluderet, nec Regiones suas arbitrariis hostium pacis insultibus prostitutas videret, portas earum tempestivè occludendas rata, Ulmam, & Memingam, pro tempore durantis periculi, & non aliâ mente, in potestatem suam redegit, quàm ne publicæ tranquillitatis Germanicæ inimici latus Bavaricum ex iis Urbibus peterent, atque Electorem, & Electoratum Bavaricum voluntati suæ subjugarent. Intererat quoque Serenitatis suæ Electoralis, ne Belgii Hispanici, ante perfolutos sibi plures milliones Thalerorum, Gubernationem dimitteret, quam pecuniæ summam Rex Philippus, tanquam Monarchiæ Hispanicæ heres, ei debebat.

Frustrà sanè Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii, per Tractatus Pacis Westphalicæ jus liberrimum fœdera pangendi, bellumque tam offensivum, quàm defensivum gerendi (modò nihil contra Cæsarem & Imperium moliantur) confirmatum esset, si hoc suprematûs jure uti nequirent, maxime ubi agitur de naturali defensione, ad periculum Statibus Imperii imminens avertendum, imò tranquillitatis studium in hoc casu crimini verteretur.

traintre de mettre ses Estats à couvert par la prise d'Ulm & Meminguen. Son A. E. avoit raison encore de vouloir conserver la neutralité pour se maintenir dans le Gouvernement perpetuel des Pays-Bas, & payement de plusieurs millions de Patracons, que le Roy Philippe avoit reconnu de luy devoir, comme héritier de la Monarchie d'Espagne.

Ce seroit inutilement, que les Traitez de Westphalie confirmeroyent les Princes, & les Estats de l'Empire dans le droit de contracter des Alliances, de faire la paix, & la guerre, pourveu que ce ne soit ny contre l'Empereur, ny contre l'Empire, s'ils n'usoyent de ce droit de Souveraineté, lorsqu'il est question de la défense de leurs Estats; la tranquillité seroit un crime en cette occasion, & ce ne fut aussi, que dans le pressant danger d'une invasion, dont Son A. E. étoit menacé.

Verùm præpotentia Cæsaris, junctis sibi auxiliariis copiis aucta, sinistris interpretationibus denigravit optimas, Principis de Patriæ incolumitate dumtaxat solliciti, intentiones : dumque Germania tanti Principis meritum agnoscere, & exantlatos ab eodem Conatus pro Patria à bello extraneo præservanda remunerari debuisset, dolendum in modum accidit, ut injusta proscriptio adversus Eum pronunciata, considerata fuerit à nonnullis, velut legitima ratio privandi Eundem jure Dignitati & Electoratu suo annexo.

His non obstantibus, firmam adhuc spem in S. R. Imperii Electorum æquitate reponit, fore, ut serio perpensis rationibus à se adductis, communique interesse præ oculis habito, publicas Imperii sanctiones, quæ citrà manifestum totius Imperii discrimen infringi nequeunt, non sinant pessumdari, & in præsentem negotio proprii honoris & conscientiæ suæ ductum sequantur.

Cùm itaque futura Imperatoris Romani Electio sine participatione, & consensu Serenorum Electorum Colonienfis, & Bavari valere non possit, Serenus Elector Bavarus in casum, quo contemneretur à Domi-

*Mais l'Autorité de l'Empereur soutenue des secours étrangers, donna de fausses couleurs aux intentions d'un Prince uniquement occupé du bien de sa Patrie ; & quand l'Allemagne devoit ouvrir les yeux, & luy sçavoir gré, de ce qu'il a souffert pour la préserver d'une Guerre étrangere à l'Empire, il a la douleur de voir, qu'une injuste proscription prononcée contre luy, est regardée comme une raison legitime de le priver d'un droit attaché à sa Dignité & à ses Estats.*

*Toutefois Son A. E. espere encore de l'équité des Electeurs, qu'ils feront une serieuse attention à ses raisons, & à la justice de sa cause, & même à leurs propres intérêts, que regardant les constitutions de l'Empire, comme une regle, qu'il seroit dangereux pour eux-mêmes d'enfreindre, il les suivront, sçachant que l'honneur, & la conscience les y obligent, & que ce motif sera le seul capable de faire agir des Princes intégrés.*

*Et comme l'Electio d'un Empereur ne pourroit être valable sans les suffrages des Electeurs de Cologne, & de Baviere, Son A. E. se voit obligée de protester, comme elle proteste aujourd'huy, que si malheureusement elle se-*

nis Coelectoribus suis, vocisque  
suae suffragio defraudaretur, dolent  
ter refert, se ad protestandum con  
tra ejusmodi Electionem obstrictum  
fore, ac in eventum solemnissime  
protestatur per praesentes, eamque  
ipso jure, & facto tanquam dispo  
sitioni Aureae Bullae contrariam,  
essentialique formae destitutam, nul  
lam ac irritam fore asseverat, & ex  
nunc pro tunc declarat, non sibi,  
sed Aureae Bullae transgressoribus  
imputanda esse quaecumque mala,  
& reipublicae Romano Germanicae  
detrimenta, quae ex hac fundamen  
tali Germaniae Legum notoria,  
& inexcusabili violatione sunt pro  
manatura.

Datum Namurci die septima  
Julii 1711.

6  
srompoit dans la confiance ; qu'Elle  
prend toute entiere en l'equité des Elec  
teurs ses Confreres, l'Election, qu'ils  
feroient, sans y inviter, & sans y ad  
mettre les Deux Electeurs, seroit nulle,  
étant contraire à la disposition de la  
Bulle d'Or ; & dès à présent Son A. E.  
déclare, qu'on ne pourroit luy imputer les  
désordres, la confusion & les autres sui  
tes funestes, que l'Empire auroit à crain  
dre de la violation de ses Loix fonda  
mentales.

Fait à Namur le 7. de Juillet 1711.